

*Si vero penituit.*) Hac autem penitentia in atrocissimis non excusat; infra questione 9. uerlic. scias tamen, ibi, & ideo secundum eos; supra in §. raptus, uerlic. sed quid ad fin. uide Capyc. melius declarantem decif. 155. numero. 20. & de pena hic expressa uide infra quæst. 8. uerlic. sed quæro ad fin. & hanc penam relativam appellat Felin. capit. pastoralis, coll. 2. de off. deleg. De penitente uero post delictum ita differit Philosophus Ethic. lib. 3. capit. 3. qui per ignorantiam quid facit, nec postea fecisse dolet, uolens quidem non fecit, quod nesciuit, nec rursus intuitus, quod non dolet, ergo qui per ignorantiam facit, si poeniteat, inuitus fecisse uidetur, si non poeniteat, cum alius sit, est non uoluntarius, & ibidem etiam habetur de delicto ab ebricio factio, de quo supra hac ead. q. uerf. præterea quæro, dixi infra ad q. 87. uerf. fin. & habetur Elic. ubi sup. c. 8. & lib. 5. c. 14. in fin. Drogh.

*Et generaliter scias.* Adde ¶ circa istam regulam Gabriel. conclus. lib. 7. concl. 8. ubi ponit multas ampliat. & limit. & an communis usus excuset; & quid de eo, qui creditur viro fide digno. Quælibet credulitas etiam facta excusat à dolo, Tiraq. de pen. caus. 43. numer. 5. & Gabr. 77 ubi supra num. 85. dicit, quod ¶ causa iniusta excusat à dolo præsumpto, non autem à dolo uero; & idem tenuit Alex. in consil. 103. num. 14. vol. 1. & Tiraq. de pen. temper. causa 11. num. 9. & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 12. & Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30.

79 Item ¶ adde, quod licet quælibet causa excuset à dolo, non tamen excusat à pena pecuniaria; quæ datur ratione lætæ culpæ. Plot. de in lit. i. §. 6. n. 30.

80 Item ¶ adde, quod causa credulitatis probatur per leuior probaciones, imò sola indicia sufficiunt. Alexan. consil. 115. col. pen. vol. 4. Curt. iun. consil. 34. col. fin. & Plot. in consil. 231. n. 24. inter conf. crim. diuers. tom. 1. in fol.

81 Item adde, ¶ quod non sufficit ad excusationem delinquentis dicere ipsum fuisse aliqua causa motum, nisi etiam deductum, & probatum fuerit, eum ex tali causa motum, Alex. consil. 103. num. 13. uerf. & dato, vol. 1. Aret. consil. 80. sic de ret. col. 1. uerf. pro his facit. Corn. consil. 33. uis inquisitione num. 16. lib. 4. Dec. consil. 452. num. 12. & quod illa causa prius orta esset, quàm in penam contra ueniens incidisset, ut per Angel. & Imol. in lex consensu, §. fin. ff. de appel. Dec. consil. 452. numer. 11. & Lauren. Rodolph. caut. 45. num. 18. & sufficit, quod causa allegata semper plene probetur. Alexan. consil. 53. num. 15. volum. 7. Crauet. in consil. 254. col. penult. uerf. & si dicatur, Becci. consil. 78. num. 29. & ibi per totum consilium loquitur in materia falsi, & similiter in crimine falsi consuluit Socin. iun. consilio 37. numero vigesimo tertio volumin. 2. & Paris. in consil. 151. numer. 29. volum.

82 mine 4. & quod causa (licet ¶ leuis) excuset à dolo homicidam, ut minus plectatur, uide Afflic. in decif. 360. numer. 6. Grammat. decif. 20. numer. 16. Tiraq. de pen. d. caus. 43. num. 1. & Socin. iun. consil. 117. num. 13. volumin. 3. & causam etiã iniustam à crimine lætæ maiestatis excusare consuluit Crauet. consilio 6. num. 90. & à delicto conuentulæ, & malæ congregationis causa etiam leuis excusat, Crauet. consil. 4.

*sed punitur, ac si perfecisset.* Si uero ¶ penituit, quia non uoluit, tunc non in totum excusatur, sed mitius punitur. Et hæc est doctrina Ioann. Andr. in capit. cum laici, de iure patrona. ad quam omnes recurrunt, ut dicit August. ad Angel. de malef. in uerbo, Et uestem celestem, num. 39. Dicit etiam Ioann. de Ligna. inter consil. crimin. diuers. tom. 2. consil. 20. num. 16. lib. 1. quod in hoc resident omnes, quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi infra q. 92.

*Et generaliter scias, quod quælibet iniusta credulitas excusat à pena.* Et hæc est communis opinio, ut dicit Curt. iun. consil. 132. num. 1. quem refert Killalob. in sua collecta communium opin. in litera C. numero 23. Quinimò dicit solet, quod à delicto, seu dolo, et pena quælibet causa etiã iniusta excusat, ut dicit

num. 26. & causam excusare à mora, idem Crauet. respondit in consil. 247. num. 3. & à contumacia; idem consilio 254. num. 2. & à periurio lætæ tradit Grammat. voto 10. num. 21. & 22. licet aliter senserit las. in l. si quis maior, num. 3. C. de transact. Et in hac materia, quando quælibet causa excuset, multa congeffit Tiraq. de pen. temperan. caus. 43. ubi vno aduertit uerbo causam iniustam non excusare, cum delictum notoriè prohibitum committitur; vel quando actus iure naturali prohibitus generatur; ¶ Menoc. de recup. poss. remed. 5. nu. 51. cum sequi. Et Capol. consil. 21. & ideo hoc in delictis non procedere declarat Angel. in l. sed si leges, §. scire, de petit. heredit. & Curt. iun. in l. si quis id, quod, num. 42. ff. de iurisd. omnium iudic. Curt. iun. in l. 1. num. 6. ff. quod quisque iuris, Blanc. in pract. crim. fol. 136. num. 6. Et dicit Bossius in tit. de decreto Mediolani, c. n. 19. quod ita dicunt omnes, qui ad pauca respiciunt.

*Tu uero dic, quod aut loquimur in delictis in quibus dolus est de substantia, ut est falsum, periurium, & similia: & tunc sine causa sit iniusta, sine iniusta, excusat:*

quisitione num. 114. dicit, quod ista regula, quod quælibet causa excuset à dolo, non procedit in delictis, quia non præsumitur, quod iusta causa mouerit delinquentem, ut per Aret. in consilio 80. & Alexan. in consilio 102. column. penultim. volumin. 1. & Cephal. in consilio 35. numero decimo quarto: sunt ¶ tamen multæ præsumptiones, quæ faciunt cessare dolum in homicidio, Capol. consil. 33. column. 3. & latius consil. 31.

85 Item ¶ adde, quod iniusta causa excusat à pena conuentionali; ut per Bertazzol. in consilio 80. numero quinto, uolum. 1. non autem iniusta, ut per Cagnol. in l. quod te, numero 42. ff. si cert. petat. & per Colleg. Prouincia; March. ut in consilio 150. numero. 52. inter consil. criminal. diuers. in fol. tom. 1. Baiard.

*¶ Quælibet causa.* Farinac. 4. uol. suæ prax. q. 90. inspect. prima, numero 1. 21. & 42. & inspect. 3. num. 109. ubi de eo, qui uiro digno credidit, & quæst. 45. tractat. de consuetudine. Ross.

*¶ Excusat.* Adde, quando causa iniusta excuset à delictis, & qualiter uide per Boss. tit. de decret. Mediolan. post numerum 19. uerf. dicamus igitur & Socin. consil. 118. post numerum 7 libro 2. & quod quælibet ¶ causa etiam bestialis, atque iniusta excuset à dolo, & à pena, habetur etiam per Crauet. in consilio sexto post numerum 89. & in consilio decimo octauo numero nono, & in consilio 319. column. 9. sed aduerte, quod quando excusat, debet euidentibus coniecturis, atque præsumptionibus probari; Marfil. in opinio. commun. diuers. folio 346. uerf. licet. Et similiter causa colorata excusat à pena per Crauet. in d. consilio 310. column. nona; & hæc etiam habes in singulari. meis sub singulari. 321. ubi quædam habes alia in materia statutorum de turbate possessorem, atque de turbata possessione notatu digna. Giach.

*¶ Tu uero dic.* Hic adde uidentium Capol. consil. crim. 24. num. 9. & 10. Giach.

*Aut uero.* Farin. q. 67. vol. 2. §. 3. numer. 101. ubi inter numer. 105. Ros.

*Frequens etiam in criminalibus.* Adde, quod bona fama in genere tollit malam in genere, Far. quæst. 47. num. 18. & bona in specie tollit malam in genere ibi, num. 184. & nedum tollit malam, sed etiam operatur, ut reus confessus delictum mitius puniatur, si non appareat ea perpetrasse facinora; & an credatur testibus deponentib. de bona fama in genere, numer. 194. cum pluribus sequentibus.

Adde, ¶ quod bona fama tollit indicium ad turam contra reum existens, & probationes pro reo factas adiuuat, Bald. in l. 1. col. 5. C. de confess. Angel. in l. milites, C. de quæst. las. in l. 1. in fin. C. com. deleg. Dec. consil. 175. col. pen. Marfil. consil. 109. num. 27. Capol. consil. 21. Roland. consil. 45. num. 44. volum. 1. Rimin. iun. consil. 145. numer. 13. vol. 2. Decian. consil. 2. num. 90. vol. 1. & Bertaz. consil. 439. num. 17. cum seq. vol. 2. & ideo Alexan. in l. fin. in 3. apot. ff. de quæst. dicit illud, quod dicitur, quod quando contra reum est aliquod indicium, quod ex hoc ipse reus potest torqueri, esse uerum, & habere locum, quando talis reus est uilis persona, & abiecta; secus autem, ubi est uir gratis bonæ u. tæ; conditionis, & famæ, quia tunc non poterit torqueri, & dicit Farinac. questione 47. numero 86. quod probatio bonæ famæ nedum tollit indicium malæ famæ, sed omnem aliam delicti præsumptionem, & indicium, ita, & taliter, & reus, qui torquendus erat ex legitimis contra eum præcedentibus indicijs, probata bona fama, amplius torqueri non possit, ubi num. seq. tractat, quod non tollat specialia indicia; & distinctionem postea ponit, quando tollat, & quando non numer. 192. Alexandrum postea ubi supra refert & sequitur Marfil. in pract. in §. diligenter sub num. 196. & Roland. in consil. 16. num. 26. vol. 1. Et quando bona fama fuit probata, & similiter mala; bona tollit malam, etiam quod testes de bona deponentes essent in minori numero, secundum Bald. in consil. 167. in fin. volum. 2. Corn. consil. 26. 1. column. 9. volumin. 4. Crauet. consil. 275. numer. 12. Alexan. consil. 150. col. 5. uol. 5. & Mant. consil. 67. col. 1. & ratio huius conclusionis est, quia testes de bona fama habent præsumptionem juris pro se, quod nemo præsumitur delinquere, ita tradit Nat. in consil. 262. num. 11. vol. 2. & probatio ¶ bonæ famæ in genere præualet etiam malæ in specie, ita notat, dicit Bald. in l. ea quidem, C. de accusat. ea ratione, quia famæ publicæ sunt incompatibiles, cap. defleat peccator extra de reg. iur. & quia quando genus potest saluari in alijs speciebus, una exempta, tunc species eximitur in genere, sed bona fama non potest saluari cum mala, ergo &c. & ibi affirmat hoc etiam tenuisse Gandinum; sed non dicit quo loco? idemque Marfil. in §. diligenter, num. 193. cum sequent. ubi impugnat Innocent. & Roman. & alios conuatiarium tenentes, dicens, quod hanc opinionem sequitur tanquam benigniorem, per regulam, semper in obscuris: & propter auctoritatem tantorum patrum hanc partem tenuerunt, quos ibi allegauit, & hoc confirmauit in consil. 72. in fin. quem sequitur Malua. in consil. 110. numer. 22. inter consil. crim. diuers. tom. primo, & Bertaz. in consil. 439. numer. 19. volumin. 2. & consil. 45. numer. 17. volum. 1. ubi de communi attestatur. Sed pro concordia Blanc. in l. fin. numer. 13. ff. de quæst. &

in sua pract. crim. in cap. his sic præmissis nu. 34. ita distinguit, aut fama delicti est simplex sine adiumento, quo casu facit indicium, ad capturam, non autem ad torturam; tunc bona fama indicium elidit: aut ultra famam delicti est causa, vel probatio, per quam ipsa adiuuatur, ut possit procedi ad torturam, & tunc bona fama non tollit indicium, quia maior est infamia, & sic non æqualis, & ita etiam hic Dominus Clar. distinguit. Farinac. dicta quæst. 47. num. 198. qui numer. 197. dicit elidere, & debilitatione dicit numer. 191. & tantummodo tollere leuia, & non gratia numer. 189. & sic de generali consuetudine seruatur; ita sepe uidi seruari, quod bona fama inquisiti non tollit indicia in specie contra inquisitum laborantia, sed tantummodo indicium malæ famæ, Alexand. consil. 77. numer. 5. vol. 1. Marfil. consil. 3. numer. 12. & Farinac. quæst. 47. num. 187. nec tollit super delicto, de quo inquiritur, & quæst. 11. num. 77. uerf. in contrarium. ubi de tali consuetudine attestatur, & fama bonam in genere, quando dubia sunt indicia, ad torturam excludendam prodest, Decian. consil. 188. Capol. consil. 40. Marfil. consilio 130. & Vulpell. consil. 17. numer. 5. & consil. 105. D. Farinac. ibi numer. 190. & dicit Menoch. in consil. 101. numer. 56. quod hodie probatio bonæ famæ est leuis defensio. D. Farinac. ubi supra numer. 188. & ego multoties uidi probari bonam famam publicorum latronum.

88 Item ¶ adde, quod si datus fuerit delegatus, ut se informet de mala fama, non poterit se informare de bona. Rota Roman. in decisione decima quarta, de indic. in nouis, & Felin. in capit. cum delictis, numer. 6. in uerf. gesta contra formam, de rescript.

89 Item ¶ adde, quod multis modis indicium malæ famæ tollitur, ut per Foller. in pract. crimin. in uerb. dentur capitula, quod suffocauit uxorem, numer. 28. cum seq. & quid de bona fama in Doctore; & quid in nobili, an tollat indicium, uide Socin. iun. in consil. 39. numer. 23. cum seq. vol. 2.

90 Item ¶ adde, quod mala fama, quando non ne plene probata, non potest iungi cum alia specie probationis, ut per Bal. in l. 2. C. de excusat. tut. quem sequitur Marfil. in dicto, §. diligenter, numer. 9. imò ad hoc ut possit supplere defectum alterius probationis, requiritur, quod sit probata per testes discretos, & bonæ famæ, & non per uiles homines, & mulierculas. Roland. in consil. 3. numer. 57. uol. 1.

91 Item ¶ adde, quod ad tollendam omnem suspicionem delicti, sufficit probare bonam famam in genere, sed non est contra, ad inducendam præsumptionem delicti non sufficit probare malam famam in genere, sed uecessaria est in specie; ita declarari Alex. in consil. 5. vol. 1. Baiard.

*¶ Quæst. 22. uerf. fama.* Indictio uerficul. fama dicitur, quod mala fama ¶ in specie, & in eodè genere delicti, adiuncta aliqua suspitione facit indicium ad torturam; fallit tamen si probatur bona fama per triennium transactam, ut ibi. Adde infra quæst. 64. uerf. sed pone ad fin. & aduerte in tali casu, quia in omnibus ferè processibus defensiuis, probari, vel articulari solet hæc bona fama: quod bona fama sic in genere probata contra specialem famam, & inquisitionem parum prodest: Nemo enim est tam perditus, & scelus qui non inueniat testes super tali fama in genere, ut est dictum Marfilij in sua practica, §. diligenter, numer. 197. quod decreptū uidetur ex Auto Gel. noct. At. lib. 2. capitul. 6. Nemo (ait) quisquam tam efferi est moribus, quin faciat, aut dicat non unquam

quam aliquis, quod laudari queat, & quod talis fama sic in genere probata non releuet contra famam, & inquisitionem specialem, tenet Alexand. consil. 77. numer. 6. libr. 1. oportet ergo ad hoc ut probatio bonae famae releuet iniquitatem taliter super bonam famam probare, ut remoueat sententiam ab actu modo, quo docet gloss. in l. 1. §. i. ff. de iur. acq. priu. quae magistraliter loquitur, Cui. lun. tract. de testib. conclus. 27. aduerte tamen, quia etiam quandoque bona fama in specie probata pro aliquo, quod non deliquerit, remouet speciale factum delicti; Boff. de mandat. ad homicid. numer. 45. arg. capitul. quoniam extr. de purgat. can. in hac tamen re recurre sepe ad Aul. Gell. noct. At. libr. 4. cap. 2. ibi condemnasse de moribus, non de probationibus, ad fin. Drogh.

1. §. i. ff. de iur. acq. priu. quae magistraliter loquitur, Cui. lun. tract. de testib. conclus. 27. aduerte tamen, quia etiam quandoque bona fama in specie probata pro aliquo, quod non deliquerit, remouet speciale factum delicti; Boff. de mandat. ad homicid. numer. 45. arg. capitul. quoniam extr. de purgat. can. in hac tamen re recurre sepe ad Aul. Gell. noct. At. libr. 4. cap. 2. ibi condemnasse de moribus, non de probationibus, ad fin. Drogh.

a Prodest etiam probatio. ] Farinac. in 4. uol. sup. prax. quaest. 48. causa 54. numer. 91. & 98. & 100. 102. & 115. & 116. Roff.

Prodest etiam probatio nobilitatis. ] Adde, quod quis proprie dicatur nobilis. Paris de Pus. in tract. de re militari volumin. 6. fol. 32. numero quarto, & ibi etiam numer. 13. quis dicatur nobilis verbaliter, & quod tribus modis quis dicitur nobilis, & Menoch. de arbit. iud. casu 67.

Adde, quod forensis non dicitur nobilis, quia quilibet nobilis in aliena patria dicitur popularis, ita Bald. in capit. quae in ecclesiarum de offic. ordin. vide omnino in materia nobilitatis Tiraq. in tractat. suo de nobilit. & quod nobiles mitius puniatur quam ignobiles, & de privilegijs competentibus nobilibus, & in quibus differant à plebeis, vide Bertrand. conf. 313. numero quinto, volumine tertio, & nobilitas

75] etiam minuit fidem probationum, Bertazzol. in conf. 252. num. 66.

Item adde, quod licet minus puniatur nobiles quam ignobiles in penis corporalibus: hoc procedit, ubi poena statuta est biformis, non autem uniformis; nam tunc eadem poena puniatur nobilis, quae & ignobilis, Bald. in l. nemo, C. de sum. Trin. & fide Cathol. Tiraq. ubi multos allegat concordantes in tractat. de poenis causa 31. numer. 34. & in tract. de nobilitate, capit. 20. num. 12. & Sebast. de Neapol. in cap. Regni incip. Placuit, dicit, quod tunc fit distinctio liberi hominis a seruo, quando sunt puniendi eadem lege; secus si eadem poena, quem refert, & sequitur Franch. decis. 240. numer. 7.

omnium Doctor. sententiam Ioann. Arno. soliloquio. 57. licet communis. Et ita quotidie fit haec probatio, ut dicit Mantua in praxi iudiciaria, casu 37. quae tamen parum prodest coram rigorosis iudicibus, qui (ut ipse ait) volunt saltem plusquam oporteat. Sed retenta conclusione pro vera, illam intellige, ut procedat, quando contra rem nihil aliud esset probatum, quam sola fama; secus autem si ultra famam esset etiam aliquod aliud indicium super delicto: nam eo casu, non obstante tali probatione, vique posset torqueri. Et ita semper vidi seruari. Vide in hoc proposito ea, quae dixi supra in d. vers. fama sola, circa si.

24] Prodest etiam probatio nobilitatis, vel dignitatis, licet enim, quando tractatur de poena pecuniaria imponenda, grauius puniendi sint nobiles, quam ignobiles, tamen quando agitur de imponenda poena corporali, seuerius puniendi sunt plebei, quam nobiles, aut viri in dignitate constituti. Ita dixit gloss. in c. cum quidam, in gloss. 1. de iur. reur. quam dicit esse communiter receptam Didac. libro secundo, resolut. cap. 9. num. 3. Sic etiam in ipsis penis corporalibus imponendis magis ignominioso mortis genere puniuntur plebei, quam nobiles. Et ideo de consuetudine nobilibus, & magnates non solent furca suspendi, prout seruari attestatur Bald. in d. cap. cum quidam, num. 3. quem refert Marsil. in l. minus, §. cogniturum, num. 77. ff. de quaest. De eadem consuetudine, quod nobiles non suspendantur, ne-

deleg. Drogh.

Quam nobiles. ] Adde, quod fallit ista regula quando quis delinquit in derogationem, vel ad contumeliam officij, vel dignitatis; quia tunc magis puniatur nobilis, quam ignobilis in poena corporali, ut per Capol. late crimina. consil. 39. numer. 24. Giach.

c Nobiles, & magnates non solent furca suspendi. ] Adde quod licet nobiles furcis non suspendantur; tamen in proditi-

inferendo, quod nobiles in Regno Neapolitano, propter homicidium poena capitali puniuntur, & ignobiles suspenduntur, quia constitutio imponit poenam mortis, & non poenam furcarum; ita tenet Grammat. in decis. 32. numer. 5. dicens, quod poena vniiformiter taxata à lege, vel statuto, non est habenda distinctio personarum. Subdit tamen, quod mitius agitur cum nobili, quam cum ignobili, quia nobiles non lauant in corpore. Sed ego arbitror, quod consuetudo loci fit attendenda, quae attendi debet in penis infligendis ut per Felin. in cap. inter cetera numer. 20. de rescriptis, & Franch. ubi supra numero decimo, & dicit Capol. in consil. 39. numer. 21. quod si esset consuetudo in ciuitate, quod nobiles suspendentur, illi esset standum.

que patiantur penas viles, attestatur Bartol. in l. ea. §. serui, ff. de pen. & in l. defensorum, §. pena militum, ff. de re milit. quem refert Paris Put. de synd. fol. 359. numero 5. & Boer. de cult. clauium, post num. 25. & Bonus de Curtili de nobilitate, in 5. parte, numero 1. & Marcus decis. 675. quaritur an vir, & Grammat. super cap. Regni. fol. 121. numero 23. & decis. 32. in fin. & Comes. Arias super leg. 77. Tauri, numer. 34. ubi etiam affirmat ita in Hispania obseruari, Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famosus, num. 57. ff. de pen. Afflict. super 1. par. consil. Regni, mbr. 13. numer. 49. Poma super consuet. Bles. fol. 153. col. 2. in fi. Pec. Bellus de re mil. fol. 83. numer. 33. Et dicit Bel. consilio 426. numero primo, libro primo, quod Milites, qui debent perdere vitam propter aliquod malefictum, de consuetudine decapitantur, non autem suspenduntur furca etiam ex delicto pro quo plebeius suspenditur. Idem dicit Capolla consil. crim. 40. in 1. dubio. Dicit tamen Paris Put. in loco praallegato, post numer. 7. quod ipse fecit suspendi quandam armigerum ex nobili prosapia, qui furto subtraxerat crucem argenteam, & calices sacrae ecclesiae: nam talis (ut ipse ait) non erat dignus poena nobilium iustitiam, non enim ignoscendum est militi, cui obiare oportet, ut latroni. Hoc tamen non seruatur in Francia, ut ait Bartol. in d. §. pena militum; & Capol. in loco praallegato, versic. & hoc quantum. Idem dicit Gulielm. de Benedic. in

Item adde, quod licet regulariter quauitum ad poenam corporalem mitius puniatur nobiles, quam ignobiles; tamen ista regula fallit, quando quis delinquit in derogationem, siue contumeliam officij, vel dignitatis; quia tunc magis puniatur nobilis, quam ignobilis poena corporali, ita tradit Capol. consil. 36. numer. 23. & 24.

Item etiam grauius puniuntur in casu proditiouis, & falsi, Tiraquel. de pen. caus. 51. numer. 21. & 23.

Item adde, quod si ignobilis homicidium committit, suspenditur. Afflict. in consil. tetminus vitae numero 46. Baiard.

b Quam nobiles. ] Haec differentiam in varijs locis collectam vide supra quaest. 8. versic. scias tamen ad fin. & quae sit differentia inter furcam, & amputationem capitis, vide Cur. tractat. de antiq. temp. part. 4. versic. videamus, modo, numer. 27. post gloss. in l. defertorem, §. 1. ff. de re milit. Bartol. in l. capitalium, §. serui, ff. de pen. & Cur. hoc sit, vide Felin. in cap. pastoralis, coll. 2. de off.

c Nobiles, & magnates non solent furca suspendi. ] Adde quod licet nobiles furcis non suspendantur; tamen in proditi-

tur, & altioribus furcis, per Grammat. conf. 40. numer. 11. & vot. 3. num. 8. Giach.

Nobiles, & magnates. ] Adde videndos octo casus, in 96 quibus quis furcas suspenditur, quos ponit Gandin. in tract. malefic. in titul. de pen. reor. numer. 58. versic. Item suspenditur.

Item adde, quod in Regno Neapolit. similiter nobiles gladio puniuntur, & ignobiles laqueo Franch. decis. 240. num. 8. & licet Afflict. in consil. terminum vitae numer. 46. & in consil. frequentes in sine dixerit, quod in crimine furti non fit distinctio inter nobilem, & ignobilem, tamen se deceptit, quia in cap. Regni incip. ad hoc per ipsum allegato, expressè disponitur in fine, quod furtiuas manus extendens ad bona vltra unicam, vel ad plura furta, licet minima, suspendi condemnetur: si nobilis, poena capitali plectetur; & in crimine rapinae idem disponitur in cap. placuit.

Item adde, quod similiter in eodem Regno Neapolitano, nobiles ad poenam treremium non condemnantur, etiam quod fuissent relegati in Insulam propter aliquod delictum, & relegationem fregissent, ita Grammat. decisio. 32. per totam, secus autem in statu ecclesiastico, & in patria mea, ubi tam nobiles, quam ignobiles ad treremius condemnantur. Baiard.

d Dicit etiam Bald. ] Adde Grammaticam, voto tertio, numero octauo, ubi dicit, quod nobiles, si licet furcis non suspendantur, tamen concurrente delicti enormitate suspenduntur, & Marsil. in conf. 9. num. 19. & vide quae posui supra in §. furtum, versic. est igitur poena. Baiard.

e Egregius miles, & vtilis Reip. ] Adde, idem in mago artifice, cuius vita erat pro futura Reip. quia tunc poena minui debet, non mors imponi, sed alia, minor, ut relegationis, vel pecuniaria, rescribendo ad Principem, per nota. in l. ad bestias, ff. de poen. per quam legem Dyn. inquit se euasisse à poena ordinaria quandam insignem artificem fabrum, qui socium percussit, & ei manus amputari debebat, & fuit dicta poena mitigata per Principem ratione illius peritiae. Idem per Parid. de Pute. in tractat. syndic. qui dicit se euasisse quendam Bombardinum sicarium; qui fuit relegatus à patria per annos quinq; ex eo, quod bene seruierat in bello. Et de pectore, qui manus fit amputanda, quod ibi possit digitus vnus amputari tradit Felin. in cap. cum illorum, 3. colum. de sentent. exc. Illud tamen de poena ordinata minoranda limitat. Car. ibid. post relatos, nisi tumultus aliter sedari non possit, Attamen de penis minorandis vide plenum tractat. Tiraquel. de poenis ad quem te conijcio. Et mihi placet Auctoris nostri sententia: ut iudices inferiores non possint inconsulto Principe ex causa poenam minuere, & illud de Principe post sententiam adeundo habeo pro indultato. Giach.

2. parte repet. cap. Rainutius, fol. 97. num. 221. Dicit etiam Bald. in d. c. cum quidam, quod hoc non habet locum in nobilibus, qui committunt proditiouem: tales enim debent in latronibus furcis suspendi subdit, quod ita seruatur in Regno Francia: quae refert Tiraq. de nobil. c. 20. nu. 116. ubi à un. 104. vsq. ad nu. 134. multa conuertit in hoc proposito.

25] Itè prodest probatio, quod aliquis sit egregius miles, & vtilis Reip. ut aicit gloss. in l. & si seuerior, in verb. Certis rationib. C. ex quib. caus. inf. irrog. quam omnes sequuntur vt dicit Capolla consil. crim. 36. circa fin.

26] Pariter etiam bonum est probare insignem peritiam ipsius imputati, vel excellentiam in aliquo artificio: nam etiam ex ea causa poena remitti, aut minui potest. Et ad hoc solet allegari. ad bestias, ff. de pen. nis. Et ita communiter receptum esse attestatur Didac. libro secundo resolutionum, c. 9. num. 6. Plaza libro primo, delictorum, c. 33. nu. 1. et seq. Et refert Paris Put. de synd. in verbo, Poena, c. 1. in fin. quod ita semel obtentum fuit in consilio regio in quodam bohar-

Egregius miles. ] Farin. d. 4. vol. 9. 8. 15. causa, nume. 134. & 138. Roff.

f Pariter etiam bonum est. ] Adde, quod excellentia in homine consideratur quoad vitam, & mors & quoad exercitium; quoad vitam quod sit optimis moribus atq; vitæ sanctimonia commenda us, quod si delinquerit, mitius puniatur: ratio enim ante actam vitæ consideranda est ad aestimanda, meum daq; facta hominū Tiraq. de poen. caus. 51. num. 1. & 3. & numer. 8. & 9. ubi dicit, quod propter excellentiam hominis receditur ab omni iure, omnique statuto, & argumentis, atq; auctoritatibus. probat hanc sententiam, vt videre est numer. 10. & seq. & recenset infinitas praerogatiuas, quas habent iuri probi, & fide digni.

Adde, quod excellentia hominis in aliquo artificio, vel in corporis robore prodest delinquenti, ut imputatus dimittatur, prout est textus in l. ad bestias, ff. de penis. & ideo refertur Azonem, dum ad tribunal. iustitiae duceretur in Ciuitate Bononiae (si vera sunt, quae de ipso in hoc casu facti) plurics dixisse, & alta uoce ad bestias, quia uoce omnem casum valde difficile est hoc obrinere in practica. Et dicit Capel. in l. mercis, circa fin. ff. de verbor. significat. quod vidit quandoque viros egregios in aliqua arte decapitari, licet hoc sibi non placeret.

98] Adde, quod excellentia hominis debet probari per 15. testes, l. vnicuique, C. de proxim. sacror. scrib. lib. 12. & l. in l. cum quid ff. si certum petatur, & Guglielm. de Ben. ed. in cap. Raynutius de testam. in verb. adiecti imput. numer. 20. fol. 216. Et quod poena remittatur in hoc casu, non procedit in famoso latrone, & editioso, quia puniatur secundum Tiraq. ubi supra nu. 2. qui ibidem refert, quod Caesar. Tyberius mandauit interim artificem, qui vitrum flexibile composuerat.

99] Idem adde, quod quando Populus petit gratiam, Princeps est consulendus, vt per Roma. sing. 725. potestas, & Capol. caut. 2. quando, num. 1. Baiard.

g Nisi consulto Principe. ] Adde inf. quaest. 85. versic. vltimus quae ro. ibi debeat Principem consulere, inf. hac eadem q. versic. pen. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quaest. 91. num. 11. & 12. vide, quae dixi supra ad quaest. 59. versic. & hac quidem in fine. Drogh.

h Sed senatus, qui est loco Principis. ] Adde inf. quaest. 94. versic. est etiam modus circa principium, requiritur tamen à parte remissio, super quaest. 59. versic. & quia per unumque. Itè adde, quod necdum minores Iudices tales gratias facere non possunt, sed nec etiam feudatarij dicta quaest. 59. in princip. In quantum tamen dixit; quod senatus est ioco Principis, illud verum est, non tamen uti potest plenitudine potestatis, Capye. decis. 47. numer. 7. Indicat; senatus sola veritate inspecta, Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 40. numer. 5. & de sententijs